οινομελι & μελικρατου. Vlpia. iuriscõsultus titulo de uino & tritico legato uini appellatione autumat mulsum nõ cõtineri: oinomeli cõtineri. interpretaturq; oinomeli uinũ esse dulcissimũ. qđ si proba est Vlp. sñia mulsum nõ erit idẽ qđ oinomeli: ꝓ mulsidaria dicunt uasa: qbus mulsum cõtinet: scribit Põpo. iuriscõsultus legatis uasis scutellas & promulsidaria cõtineri. M. T. epistola quadã ad papiriũ petũ sic refert. habuisses nõ hospitẽ: sed cõtubernalẽ: at quem uiꝝ: nõ eũ: quem tu es solitus promulside cõficere: ubi promulsis accipit ꝓ pulmentario siue potione ex mulso cõdita: unde promulsidaria uasa deduci autumo: notãdũ usurpari mulsum ꝓ adiectiuo: ut apud Plin. lac mulsum. acetũ mulsum: aqua mulsa: quæ melle cõcinnata significant apud Plaut. ex amãtis & blãdientis affectu dicit mea mulsa græco sermone: ναι ; noĩatur: unde deriuatus calix pro poculo. Impingendus. dixit q̃ si illidendus & nolenti ĩgerendus. ĩpingi. n. significat uim quappiã: ut apud Hieron. Impegi nouissime in Danielẽ & apud Virg. ex aĩata sequẽs ĩpigeret agmina muris. Ab eodem poeta. s. ennio. Ex oppibus summis: uerba ennii poetæ ex tragœdia: qua inducit andromacha uxor Hectoris post necẽ mariti. post obitũ priami. post excidiũ troiæ captiua: a græcis abducta: ita lamẽtari erũnas suas apud Sene. in troade inducit quæribũda. Gramatici allegãt Enni. in andromacha apud Home. ultima iliados rapsodia hectorẽ defũctũ andromacha & hecuba penetrabili querimonia lamẽtantes cõplorãt. ergo andromacha ex regiis opibus deuoluta & ĩ seruitutẽ trãsducta hisce uerbis apud poetã Enni. deflet suas erũnas. Opis egens: indiga auxilii: ops antiq dicebãt quẽ nũc opulẽtũ: ut testimonio est cõtrariũ inops. ops terra dicta apud antiquos: ꝙ hic oẽ opus. & iõ dr̃ ops mater. ꝙ terra mater opis deæ dies festus opalia dicta: que erãt post saturnalia. itẽ opecõsiua dies dicta ab dea opecõsiua: cuius in regia sacrariũ: prisci iouẽ coluerunt cognomẽto opitulũ: qđ opem ĩdigentibus ferret. Annotãt grãmatici opem singulariter auxiliũ opes pluraliter diuitias significare: sed & opem ueteres dixerũt ꝓ opulentia. Quid pe. p̃sidii: ex aĩata ac uecors p̃sta agere infortunioꝝ andromacha: nescit: unde p̃sidium petat: a quo exilii suppetias ĩploret. Enni. fecit fabulã titulo & argumento andromachã emulatus euripidẽ. cuius hic est uersus. Andromachæ nomen q indidit recte ei ĩdidit: quo uersu ĩsinuat andromachã significare uiraginem & uiris depugnãtem: quasi andromachetem fuit. n. uirili aĩo septa. & quædã ueluti uirago: ꝙ & Homeri testimonio satis liquet. Hectori tuo. s. marito. Freta: cõfisa. Vrbe orba sum: prosonomasia est: siue annoĩatio: quæ fit similitudine aliqua uocũ & uicinitate quadã uerboꝝ: ut qs locus aut lucus: ut ex oratore arator: ut diligere oportet quem uelis diligere: de q̃ Quinti. Cice. & cæteri. Quo accedã: cõsimile est illud grachanũ: quo me miser cõferã quo uertã. Fana tẽpla: uel a fauno: uel ꝙ fando cõsecrant. Tosti cremati. Abiete: crispa ĩtelligit lacunaria siue laquearia ex abiegnis trabibus texta fuisse deformata flãmis & exusta: materies. n. ut inqt Pli. in. xvi. abieti pulcherrima ẽ in trabibus. ꝓcipua aũt dos est crispãtibus: & in torto quodã discursu uenaꝝ ꝓciosis: põdus sustinere in edificiis ualida est. abies ẽt in trãsuersum posita: renititurq; põderi. nec temere rũpit: priusq̃ carie q̃ uiribus deficit abies arboꝝ altissima rectissimaq; ẽ: cuiꝰ ps ĩferior enodis ẽ: & sapius uocat: supior nodosa duriorq; ẽ: fusternã uocãt: qñ ꝓcipit cato ꝑliũ ex sapio faciendũ intelligi uult ex abiete enodi q̃ pars in terra est: ab abiete abietarius deriuat. O pater: priamũ dicit: ꝙ uerbũ cõuenit ꝑsonæ andromachæ. O patria: hinc ur̃ Vir. illud trãstulisse. o p̃ria o diuũ domus iliũ. & Silius. o patria o fidei domus inclyta. Ope barbarica opulentia siue opulentitate luxuriosa: nã & opulẽtitas dr̃ ꝓ opulẽtia. alludit aũt ad græcoꝝ ꝓuerbiũ: qđ est. πλισ μονη των βαρβαρον. i. fertilitas & opulẽtia barbaroꝝ. Tectis celatis: sculptis & celatura uariegatis. Dicit aũt dolẽter se uidisse domũ regiã adstãtẽ: auro celatura laqatibus supbã & spectabilẽ. Home. tradit & repetit Plini. menelai regiã: auro argento electro ebore fulgere. Cãtoribus eu. Euphoriõ poeta fuit chalcidẽsis: quẽ transtulit Gallus: q ob id sic loqt apud. Vir. in bucolico ludrico ibo & chalcidico: que sunt mihi cõdita uersu. Carmina pastoris siculi meditabor auena. Quin. in. x. qd euphorionẽ frustra trãsibimus. quẽ nisi ꝓbasset. Vir. nũq̃ certe cõditoꝝ chalcidico uersũ carminũ fecisset in buco. mentionẽ: hẽbat ãt hic euphoriõ quosdã ita deditos sibi amatores: ut eũ p̃ferẽt ennio & reliqs poetis eiusq; poemata studiose cãtarẽt: posthabitis aliorũ poematibus. Cãtores hoc in loco significari puto scenicos fabulaꝝ actores: ut apđ Ora. Si plausoris eges aulea manẽtis & usq;. Sessuri: donec cãtor uos plaudite dicat. Chorus ĩ fabula cõstat ex uocibus pluriũ cantoꝝ. Exaggeratis re. opi. pluribus uerbis ap̃ Enni. sigillatim. recẽsebant gaze & opes regis priami: & ita facta exaggeratione opulẽtiaꝝ regiaꝝ flebiliter lamentabat andromacha cũcta repẽte ac p̃ter expectationẽ fuis-

si impingendus est: ut plorare desinat. aut aliquid eiusmodi: ecce tibi ex altera parte ab eodem poeta. ex oppibus summis opis egens hectori tuo huic subuenire debemus. quærit. n. auxiliũ. qd petã præsidii aut exequar quomodoue nũc auxiliũ exilii. aut fuga freta sim. Arce & urbe orba sum. quo accedam. quo applicem. cui nec aræ patriæ domi stant fractæ & disiecte iacẽt. Fana flãma deflagrata. Tosti alii stãt parietes deformati. atq; abiete crispa. scis quæ sequantur & illud in primis. O pater o patria o priami domus septum altisono cardine templũ uidi ego te adstantem ope barbarica. tectis celatis laqueatis auro ebore instructam regi sedem. O poetam egregium: quãquã ab his cãtoribꝰ euphorionis contemnitur. sentit oĩa repentina & inopinata esse grauiora exaggeratis igitur regis opibus quę uidebãtur sempiterne forę. qd adiungitur. hæc omnia uidi inflammari.

Melicratõ
Oinomeli
ꝓmulsidaria ꝓmulsis lac mulsum acetũ mulsum calix
Impigere
Andromacha ennii
Ops mr̃
Opalia
opecõsiua
Opitulus iupiter
Andromacha unde ꝓsonomasia annomiatio
Locus
Lucus
Fana abies in edificiis ualida sapinus
Fusterna
abietarius
Opulẽtias
Fertilitas barbaroꝝ
Regia menelai electro & ebore fulgẽs
Euphoriõ
Cãtores scenici

Vitā euitari letata corpora Cedrus utebať in delitiis

se direpta inflāmata & ad extremā iternectionē redacta: ex quo fiebat dolor atrocior: cū inopinata mala: ac repentina sint grauiora durioraq; tolleratu. Priāo ui. eui. in pria tusculā. hoc id ē carmē recitatū ē uno tm̄ imutato uerbo. illic. n. uitā eripi ꝓ euitari legiť. ut itelligas idē eē uitā euitari ꝙ uita eripi: & ē uetꝰ uerbū plāe q; poeticū euitare ꝓ uitā eripe: & uitā spoliare: sicut letare dr̄ hoc est leto mulctare. letata corpa: apud Oui. pro iterēpta: & morte mulctata. Eripiāus huic androāchæ q̄ tā flebiliter tāq; dolēter isortunia patriæ suæ deplorauit. apud tragicū poetā. Psaltriā: cātricem: musicus. n. cātus & modulatio lenit pturbationes: & leuat egritudines. Edricū incendamus: corrigo cedrū. In delitiis. n. utebať cedrus inter odores. Iuxta illud maronianū. urit odora, tā nocturna in lumia cedrū. similiter apud Home. calipso urit cedrū scissilē odoris cā sic. n. ait in. y. odissea: τηλοσ ἐδ᾽ ὀδμὴ κέδρου τε κεάτοιο θυίου τ᾽ ἀνὰ νῆσον ὀδώδει δαιομένων. i. procul odor cedri & citri ardentiū p isulā redolebat. Pli. in. xiii. meminit sn̄iæ homericæ thiā exponens ꝓ citro castigāsq; eorū errorem: q cedri citriq; uocabulo odoramenta accipiūt. oxycedros uocať quæ acutū & spinosum habet foliū altera cedrus odore pstat: maiorē cedrū uocāt cedrealē materiæ cedri eternitas est: ideoque simulachra deoꝝ ex ea antiq factitauerūt. cedrinus fuit Romæ in delubro apollo sosianus. Tu. n. ad epicuꝝ hæc dicunť. Libidinosas sn̄ias: sententiæ phi libidinose dicuntur: qbus uoluptate gustus & cōplexus summū bonū metitur: qd interdū facit epicurus. interdū uirtutē extollit: & sine uirtute btē uiui nō posse ꝓfiteť. Nō uerbo solū uoluptatem epicurei ꝓpugnatoresq; epicuri dicūt nō intelligeř nos de qua uoluptate loquať epicurus in qua summū bonū ponit nūc Cice. ne tergiuersari possint refert uerba epicuri planiloqua atq; pspicua: q planissime demōstrāt hoiem loq de uoluptate corporea & sensuali. sicut autē pauloante demōstratū est. Cupio refelli: redargui: refutari: cōuinci: nā refellere ut supradocuimus ē redarguere falsitatem: refellit q negat. Nō crescere uo. sicut stoici dicūt uirtuti nō esse locū icrementi. ita dicebat epicurus uoluptatē crescere n̄ posse: ubi detractus esset dolor. Cōtra plato ait uoluptatē maiorem expetibilioremq; fieri addita alia uoluptate. Et ex hoc colligit uoluptatē summū bonū esse non posse: cū id summū sit bonū cui nihil addi possit hoc idem tradit Aristot. in. x. ethicoꝝ. Tria magna peccata. cōsimiliter in libris de finibus bonoꝝ disputās cū torquato epicureo: multa rephendit ex dogmate doctrinaque epicuri. quem architectū beatæ uitæ noitāt.

Oxycedros cedrales cedrinus apollo

Refellere

Voluptas maior addita uoluptate architectus beatæ uitę

Priamo uitam euitari. Iouis aram sanguine turpari. Præclarum carmē. est enim & rebus & uerbis. & modis lugubre eripiamus huic ægritudinē: quomodo collocemus inculcitra plumea? psaltriā adducamus cedrū incendamus: demus scutellā dulciculæ potionis: aliquid prouideamus & cibi. Hæc tandem bōa sunt qbus ægritudines grauissime detrahantur? tu. n. paulo ante ne intelligere te quidē alia bona dicebas. reuocari igiť oportere eū mœrorē ad cogitationē bonoꝝ: cōueniret mihi cū Epicuro si qd esset bonū cōueniret. dicet aliqs. qd ergo tu epicuꝝ existiabas ista uoluisse. aut libidiosas eius fuisse sn̄ias: ego uero minime: uideo. n. ab eo dici multa seuere. multa præclare. Itaq; ut sæpe dixi: de acumine eius agiť non de moribus quis spernat uoluptates eas: quas mō laudauit. Ego tn̄ memiero: quod uideatur ei summum bonum. Nō. n. uerbo solū posuit uoluptatem sed explicauit qd diceret: saporē inquit: & corporū complexum & ludos atq; cantus: & formas eas quibus oculi iocūde moueanť: num fingo num mentior: cupio refelli. Quid enim laboro: nisi ut ueritas ī omni questione expliceť. At idem ait non crescere uoluptatem dolore detracto: sūmamq; uoluptatem nihil dolere. paucis uerbis tria magna peccata. Vnū quod secum ipse pugnat. Modo enim ne suspicari q̄dem se quicquam bonum nisi sensus quasi titilarentur uoluptate. Nunc autem summā uoluptatem dolore carere. Potest ne magis secum ipse pugnare. Alterū est uitiū qd cū in natura tria sint unū gaudere: alterum dolere tertium nec gaudere nec dolere. hic putat primum & tertium idem esse: nec distinguit a non dolendo uoluptatem. Tertium peccatum com

Pugnat secū epicurus gaudere nō dolere imme diata Mediata

Nisi sensus: quasi titilarenť pugnat secū epicurus sibiq; cōtraria dicit quo nihil. turpius. mō ait summū bonū esse in uoluptate. q pcipitur ex gustu. tactu. auditu. uisu. olfatu. q sensus qnq; sunt notissimi & uoluptates eoꝝ cognitissimæ. mō dicit summū bonū esse idolentiā: pugnāt haud dubie hæc iter se cū aliud sit frui uoluptatibus sensualibus: aliud nō dolere. titillari aūt dr̄ sensus: qn̄ mouenť. Gestiūt: pruriūt uoluptatis dulcedie. trāslatū uerbū a titilatu alaꝝ ubi dulcedo scabendi scribit Pli. in. xi. in eadem pcipua hilaritatis sedes: qd titilatu maxie itelligiť alaꝝ. Ex hac trāslatiōe dixit Ora. in sermo. ꝑterea ne nos titilet gl'ia iure iurando obstringā. M. T. in prio de fini. in hanc sn̄iam. Nam si ea sola uoluptas esset: q quasi titillaret sensus: ut ita dicā: & ad eos cū suauitate afflueret. Primū & ter. pu. tanq̄ nihil itersit iter gaudere & non dolere: q uel sensus cōis oñdit esse dissimilia. Cū ꝓprie is gaudere dicať: q in uoluptatibus: ut edendi & coeūdi. nō dolere uero is dicať q anxietate nō afficiť circa uoluptatis sanitatem. sunt. n. quædā imediata. ut leuitas grauitas quædam mediata: ut calidum frigidū inter quæ est tepidū. Sic aliquis beatus est. aliquis miser. aliquis nec bea

tus nec

tus nec miser sic aliqs gaudet:aliqs dolet:aliqs nec gaudet nec dolet:& ita est qddam medium inter uolu/ptatem & dolorem:qd nō placet epicuro. A uirtute superauit:qn̄ Epicurus ponit summū bonū in uolupta te sapoꝝ & tactus haud dubie seiūgit summū bonū a uirtute:sine qua nulli ueri phi summū bonū metiun-tur. Nihil aūt tam cōtrariū uirtuti est q̄ uoluptas. ex quo uersus ille silii scitu dignus. hinc uirtus illinc uirtu ti inimica uoluptas. Laudat sæpe uirtutē repræhenditur epicurus:qd secū pugnat:nec seruat constantiā:q̄ i omni uitia custodienda est. Clamat.n.interdū nō posse iucū de uiui nisi sapienter:uirtutem a uoluptate di/uelli nō posse. Raro fortuita interuenire sa/pienti:dicunt̄ hæc qdem p̄clare:sed in con/stanter nutat natatq; nec ꝓpositi ptinax est: cū ad uoluptates subinde uelabat̄ ita more uolatici gubernatoris clauū in horas mutat uertunis:ut inqt ille:iniqs natus. Cū grac. largi. maxīas fecisset:tyberius & Caius grac chi fratres:genere eloquētia facile prīcipes: seges agrarias: frumentariasq;: tulerunt de agris uiritim diuidēdis ac frumēto: quæ cū essent maxime populares populū sibi conci liarūt: Tiberius auctore Scipione nasica ī ca pitolio a primatibus occisus ē: ictus fragmē tis subseliop̄ insepultus & in tyberi ꝓiectus mox Caius Grac. eloquētior q̄ frater ꝑnitio sas aliquot leges tulit: inter quas frumentari am:ut semisse & triente frumentū plebi da ret. Alterā legē agrariā:quā Tyberius fra ter ꝓmulgauerat:itē recentē attali pgame/nop̄ regis hereditatē diuidi iussit. Po. Rom. Itaq; cū seditioso tribunatu dissipasset pu/blicū patrimoniū:tandē a lucio opimio cō/sule oppræssus est in auentino:quē armata multitudine occupauerat. & illud sacrosan/ctū caput trib. plebis pcussori septumuleio auro repn̄sum est q id excisum ad luciū opi miū detulit. Annotauerūt scriptores septu/muleiū plūbo in os Caii Grac. addito:ut pō derosius eēt:parri cidio suo rēpu. circūscri/psisse. Piso ille fru. de hoc pisone:q ob uir tutē modestiāq; cognominatus est frugi:mē tio supius facta est. Legē fru. quā tullerat Gracchus de frumēto plebi dādo. de tesse/ris frumētariis apud Sue. in. ii. cōmētario fu sius enodatiusq; pscriptū est. Quid sibi cō. gracchus palā repndit pisoné:tanq̄ paꝝ sibi cōstātem:qd uenerit ī cōtionē petiturus fru mentū:qd uiritim diuidebat̄ sm̄ legem ip/sius gracchi:q̄ piso īprobauerat:dissueserat q;. Lege sempronia:legē gracchanā intelligit:qm̄ gracchi sem pronii dicebant̄:apud historicos leges semproniæ claræ sunt:quas hic sempronius Gracchus tulerat:ne de capite ciuiū Romā. iniussu populi iudicaret̄:hinc illa Cice. exclamatio ī uerrinis:o lex portia legesq; sem/proniæ. De hac sempronia lege frumentaria meminit. M. T. in. ii. officiop̄ his uerbis. Caii gracchi frumenta/ria magna largitio fuit exhauriebat igit̄ ærariū. Patrimoniū publicū:ærariū intelligit & publica uectiga/lia. Negat epi. sicut Gracchus in orō. uidet̄ patronus ærarii cū re ipsa esset dissipator:sic epicurus: interdū uirtutē laudat:ut. M. Curiū putes loq;:cū tn̄ uoluptate. q̄ uirtuti cōtraria est summū bonū metiat̄. Vim for tunæ:Sene. ad serenū:epicurus quē uos patronū inertiæ uræ assimilis ait raro sapiēti interuenit fortūa. Te nuē ui. an. Diocles auctor est Epi. uilissimis cibis uitā ægisse:ipse quoq; in epistolis aqua tm̄ & cibario pane se cōtentū esse testat̄:uerba Epicu. sunt ex epistola:mitte mihi casei paululū:ut cū epulari præciosius uoluero possim:scribit Sene. Epicuꝝ q magister uoluptatis dr̄ certos habuisse dies:qbus maligne famē extingueret ut ita uideret an aliqd deesset ex plena & cōsumata uoluptate:& qtū deesset est.n. summa uoluptas posse ca pere ex ordeaceo pane uoluptatē. Ad id se reduxisse:qd eripere nulla fortunæ iniqtas possit. Quo sa. be. nō sit:ait Epic. sapientē si in phalaridis tauro purat̄ exclamatuꝝ. dulce est & ad me nihil ꝑtinet:& siue crucie tur excarnificeturq; futuꝝ nihilominus fœlicē acqrendi p̄rimonii curā nō habituꝝ:fortune reluctatuꝝ:adi rē p. nō accessuꝝ. Nō istā di. hypophora. Dicat qlibet:Antipophora. Nō intel. ita dicūt epicurei nos non telligere de qua uoluptate dicit epicurus. Qui dolore sum. ma. Epicurus in uoluptate ponit qd summum bonū esse uult. in dolore qd summū malū:qd q sentit uirtuti locū nullū relinqt:in qua summu bonū col/

mune cū quibusdam:quod cum uirtus maxime ex/petat̄ eiusq; adipiscendæ causa philosophia quæsi/ta sit. ille a uirtute summum bōum separauit. A. lau dat & sæpe uirtutem. Et equidem. Ca. Gracchus cū largitiones maximas fecisset & effudisset ærariū uer bis tamē defendebat erarium. Quid uerba audiam facta uideam? Piso ille frugi semper contra legē fru/mentariam dixerat. Is lege lata consularis ad frumē tum accipiendum uenerat. Animaduertit Gracch⁹ in contione Pisonem stantem. Quærit audiente ro mano populo:qui sibi constet. cum ea lege frumen tum petat quā dissuelerat. Noli inqt mea bona gra che tibi uiritim diuidere liceat: sed si facias partē pe tam. parum ne declarauit uir grauis & sapiens lege sempronia patrimonium publicum dissipari? Lege orationes Gracchi patronū Errarii esse dices. negat Epicurus iocunde posse uiui nisi cum uirtute uiua tur. Negat ullam in sapientem uim esse fortunæ te/nuem uictum ante fert copioso. Negat esse tempus quo sapiens non beatus sit. Omnia philosopho di/gna. sed cū uoluptate pugnantia. Nō istam dicit uo luptatem dicat quālibet. nempe eam dicit in q̄ uirtu tis nulla pars insit. Age si uoluptatem non intelliga mus:ne dolorē qdē. nego igit̄ eius esse q̄ dolore sū/mū malū metiat̄. Mentionem facere uirtutis. & cō/querunt̄ qdam epicurei uiri optimi:nam nullū ge/nus est minus malitiosum me studiose dicere cōtra

Beatus mi ser inter medius
Sūmū bo nū nō sine uirtute
Clauū in horas mu tat epicu rus duo gracchi fratres
Lex fru mētaria gracchi
Mors grac chi plūbū in os grac/chi īfusū
Lex sem pronia
Vilissi mis cibis contentus
Maligne famē exti guere sciē tie epicu ri antipō phora

Iocant ſtoici:q̃ dolorẽ dicũt eſſe adiaphoron.i.indifferentem. Ita credo de honore:quaſi dicat ſe nõ cõtendere de honore cũ epicureis pro quo adipiſcẽdo ſtudioſe & ardenter inſurgimus cõtra cõpetitores & aduerſarios. Illi.ſ.epicuro:apud quem ſummũ bonũ cõſit ex duobus:ut corpus ſine dolore ſit aĩus ſine perturbatione. Qui ſtatim cõuolent.illud libenter hoĩes cõuolant atq; cõcurrunt ubi audiunt laudari uoluptatẽ:q̃rentes libidinibus ſuis patrociniũ & uelamentũ aliqđ. Me non laborare:oſtendit ſe nolle cõtendere cũ epicureis:quemadmodũ ſi de imperio:& de bello punico diſceptaref:pro talibus.n.rebus animoſe alacriterq; ſententia dicenda defendendaq; eſt: Dixit.

Sũmũ bonum ex duobus

epicurorum.ita credo de honore aut de dignitate contẽdimus. Mihi ſummum in animo bonum uidet᷑: illi autem in corpore:mihi in uirtute:illi in uoluptate: & illi quidem pugnant & quidem uicinorum fidem implorant.multi aũt ſunt qui ſtatim cõuolẽt. Ego ſumis qui dicam me non laborare:actum habiturũ quod egerint. Quid enim de bello punico agit᷑: de quo ipſo cum aliud.M.Catoni:aliud.L.Lẽtulo uideret᷑.nulla inter eos concertatio unquam fuit. Hi nimis iracunde agunt:præſertim cum ab his non ſane animoſe defendat᷑ ſententia:pro qua non in ſenatu:non in concione.non apud exercitum:neq; apud cenſores dicere audeant.ſed cum iſtis alias:& eo quidem animo:nullum ut certamen iſtituam:uerum dicentibus facile cedam.tm̃ admonebo:ſi maxime uerum ſit ad corpus oĩa referre ſapiẽtem:ſiue ut honeſtius dicã nihil facere:niſi qđ expediat:ſiue oĩa referre ad utilitatẽ ſuam:qm̃ hęc plauſibilia nõ ſunt ut in ſinu gaudeãt:glorioſe loqui deſinãt. Cyrenaicorum.reſtat ſnĩa:qui tum ægritudinẽ cẽſent exiſtere ſi nec opinato quid euenerit. Eſt id quidẽ magnũ ut ſupra dixi etiam Chryſippo ita uideri ſcio: quod prouiſum ante non ſit:id fieri uehemẽtius:& ſed nõ ſunt in hoc omnia:quamq̃ hoſtium repens aduẽtus magis aliquãdo cõturbat quam expectatus. Et maris ſubita tempeſtas:quã ante prouiſa terret nauigãtes uehemẽtius:& huiuſmodi ſunt plęraq;.ſed cũ diligẽter nec opinatorum naturam cõſideres:nihil aliud reperies niſi quidem omnia ſubita uideri maiora.equidem ob duas cauſas. Primum quod quanta ſint quæ accidũt conſiderandi ſpacium nõ datur.deinde cum uidetur præcaueri potuiſſe ſi prouiſum eſſet: quaſi culpa contractum malum ægritudinem.

M.T.aliubi maledicta cõtumeliæ cõtentiones cõſertationeſq; ĩ dicẽdo pertinaces indignæ philoſophia mihi uideri ſolẽt. Actũ habiturorum:qm̃ cõtendere nolumus.dicere ſolemus habituros nos ratũ & actum q̄cq̄d egerint aduerſarii. In hanc ſnĩam ait portius cato apud Liui.uos pro faxitis deos oẽs fortunare uelim.puerbiũ eſt apud antiquos.actũ agam.actũ agis:pro eo qđ eſt nihil agã. nihi agis.qđ.n.in iure ſemel iudicatum fuerit: reſcindi & iterum agi nõ põt.hinc illud Terentianum in phormione.actũ aiunt:ne agas. Aliud lentulo uidet᷑.Cato in omni ſenatu clamabat delenda eſſe carthaginẽ.bellũq; carthaginenſibus inducendũ.Scipio naſica reclamabat contradicebatq; Catoni cũ nollet dirui carthaginem.timens ne deleta carthagine:ſecuritas & ueternũ romanos iuaderet torporeq; ſomnulenti marceſcerẽt: ſnĩæ ſcipionis ſubſcribebat Lucius lentulus & cũ cato acclamaret e re publica mihi uidetur carthaginẽ deleri:illi reclamabãt:& e re publica nobis uidetur carthaginẽ non deleri:tñ q̃uis in ſententia dicenda ſenatores diſſentierent:nulla tñ inter eos concertatio emulatioq; reſidebat:ut.n.ait.M.T. in oratione de prouinciiſq; conſularibus.ita diſſenſi ab illo:ut in diſiũctione ſnĩæ cõiuncti tñ amicitia maneremus. Hii:epicurei. Cum iſtis alias:cũ epicureis:alias ſe diſputaturum dicit. Verum ſit:iuſtũ:æquũ & par.Ora.metiri ſe quemq; ſuo modulo ac pede uerum eſt.M.T.in oratione pro murena:negat uerum eſſe allici beniuolentiã cibo. Expediat:utile ſit. Plauſibilia:fauorabilia:iucunda:popularia:que plauſu populi excipiant᷑:ſic Oratio plauſibilis dicta:quæ placet & plauſũ populi meret᷑:ſenſus eſt epicureos:qui omnia referũt ad utilitatem ſuã & uoluptatem debere ſolos iſta ſecum muſſitare:nec iactationẽ oſtẽtare:qm̃ talia nõ probant᷑: nec plauſu fauoreq; populari excipiunt᷑ in ſinu gaudeant:ſecũ & cũ ſuis letẽtur:ne genuinũ gaudiũ iuulgẽt prouerbialis eſt locutio q̃ & poetæ uſurpãt. Tibul.q ſapit in tacito gaudeat ille ſinu Prop.ĩ tacito cohibe gaudia clauſa ſinu. Si nec opinato eue.cyrenaici phĩ ut ſupra dictũ eſt:egritudinẽ effici cẽ ſent ex ĩſpato nec opinato malo: tãq̃ oĩa repẽtina grauiora ſint. Repẽs:repẽtinus ſubitariuſq;.Silius clamor ſepe repẽs. Magis cõturbal.uir fortis ex inprouiſo oppreſſus ab aduerſario cõturbatur:exercitus hoſtilis pter ſpẽ ſuperueniens ſolet eſſe terribilis: & cuncta cõturbat:adeo ut hoc caſu oppræſſis nec uirtus poſſit:nec multitudo pdeſſe. Vegetius ſubſeſſas appellat inſidias:qbus in itinere exercitus ĩparatus:ac nihil tale ſuſpicãs opprimi ſolet.ſubſidere.n.ſignificat deliteſcere:uñ ſubſeſſores dicti.q deliteſcẽtes inſidiant᷑.Et ĩſidiis circũuentos ĩterimũt: cõtra ſubeſſos uocamus hoſtiũ dolo circũuentos a Vale.ſubſeſſor alieni matrimonii dictus q pudicitiæ alienæ cõiugis inſidiat᷑. Subita tẽpeſtas:huic ſnĩæ cõſimilis ẽ illa oratiana ſnĩa:ĩprouiſa ſimul ſpẽs terret utrũq;. Dies tpis lõgingtas.ſic Tibul.lõga dies hoĩ docuit parere leones.Inde diecula dicit᷑ tempuſculũ & aliquãtula mora.

Cõtẽtiões ptinaces indignæ

Actũ agã

Actũ aiũt ne agas

Snĩæ coniunctio amicitiæ

Verum iuſtũ plauſibilia

In ſinu gaudeat

Subſeſſæ

Subſeſſores

Subſeſſis

diecula

In pleriſq;

In plerisq; tollat̃:iuxta illã sniam:q̃ ait nullũ esse tm̃ dolorẽ:quem nõ longinquitas tp̃is minuat ac mol/liat:& a Sene. decenter ac uere dictũ ẽ dolorẽ dies consumit licet cõtumacissimũ & quotidie insurgẽtẽ. carthaginẽses seruierũt:auctor est Liui. captiuos carthaginẽsiũ plusculos a romãis redditos fuisse suis ciuibus & olĩ carthaginẽses egerũt de p̃mutandis captiuis usi attilio regulo dep̃catore:q cõtrariũ suasit misex̃ ẽ ãt discere seruire:ubi didiceris dominari sed hæc ẽ fortũæ cõdictio:q̃ summa imis miscẽs facit ut reges ex regno i seruitutẽ delabãt̃:sic hecuba:sic cresus:sic sigãbis olĩ seruitutẽ seruierũt. Rege capto p̃se:paulus emylius p̃sem macedonũ regẽ captiuũ duxit in triũphũ & cũ p̃se:duos filios filiãq; unicam subseq̃bant̃ familiares & amici plures regis ip̃m regem ĩtuẽtes & flebiliter lachrymãtes adeo ut pleriq; ex romãis lachrimare ob misericordiã cõpellerent̃ triũphus fuit spetiosissimus opulẽtissimusq;:ut docet pluthar/chus ab hoc tp̃e. Po. Ro. tributũ pendere desiit:ut. M. T. Pliniusq; notificãt tũc cognitũ: est q̃d polleat fortũa uersatilis :q̃ filiũ p̃sei legitimũ artẽ ferariam discere compulit ob querẽdum uictum:cuius rei testis est amianus marcellius. Quosdã corĩtios.s.seruitutẽ seruientes. Hæc oĩa uidi:uerba sũt ex andromacha tragedia:q̃bus supius illa erumnas suas flebiliter sic deplorabat:hæc oĩa uidi iflãmari:& q̃ subsequũt̃. Argiuos aut sicinios diceres corĩthii ex libertate ĩ seruitutẽ lapsi seruiebant argiuis sicyoniisq; occultu & habitu atq; orõne ut argiui sicyoniiq; uiderent̃ & ita ĩ alienã non solũ p̃trãtem:sed ẽt uestem linguãq; transierãt:hæc sunt opera fortune ludentis:hæc sunt ludibria thãnusiæ hæc sunt documẽta mortalium ut memores sint rerum humanax̃:quæ fluxæ instabiles caducæ sunt & tp̃is momento mutabiles. Sicyonio:peloponesi populos eẽ q̃s ignorat:a quibus oliua sicyonia bacca dr̃ a poeta. Vñ sicyonii calcei pax̃ uiriles. Regnũ sicyonũ uetustissimum fuisse testis est Eusebius Sicyonum fuisse officinax̃ omnium metallorum patriam auctor est Pli. Corinti ruinæ:Seruius sulpitius in epistola ad Ciceronem consolatoria dicit se uidisse cadauera oppidorum prostrata & dirruta ante oculos iacentia uidelicet: eginæ:megaræ pireii:& corinthi:tradunt:historici:corinthum quod olim:græciæ lumẽ fuit & ciuitas opulentissima extinctam fuisse ac dirutam ob legatos:cum mumius consul Romanus exercitũ corinthiox̃ sub ipsis isthmi faucibus concidisset:tunc.n.ab incolis deserta ciuitas direpta primum:deinde tuba præcinenta deleta est:tunc corinthii in mancipatum seruitutẽq; demersi sunt ait. M. T. se magis ad misericordiam eẽ per motũ aspectis corinthi ruinis q̃ cõmoti sint ipsi corinthii. cuius rei cã est quod aĩ illorum iam occalluerant obdurauerãtq; ad tollerantiam calamitatũ:& sic ostendit longa die non solum leniri sed tolli quoque egritudinem. Clitomachi: clithomachus p̃hs carthaginensis athenas uenit annos natus quadraginta: audiuitq; carneadẽ cuius & successor fuit:tris sectas sectatus academicorum:p̃ipateticox̃:stoicorum:uolumina condidit supra quadraginta. Ciues suos.s.carthaginẽses:Inualuit cõsuetudo ut conciues passim dicãus municipes nostros recte an p̃perã uiderit illi ĩ quox̃ ore & labris dictio & hæc est frequens me riualẽ nõ habebũt. Ego latinitatis elegãtia seq̃ns dicere mali hic meus cuius ẽ:q̃ cõciuis & ita locuti sũt ueteres oẽs q̃ pure p̃beq; locunt̃. Itaq;. M. T. loquẽdi norma:ubiq; uoluminũ ciues suos dicit:nusq̃ cõciues. Neoteri.i.recẽtiores cõciues dictitãt:tãq̃ id sit elegantissimũ latinissimũq;:auctoritas mihi dux ẽ & magistra rex̃ oĩum alio mõ latine & elegãter dr̃ municeps meus:p̃ ciuis meus siue cõterraneus. Pli. iuriscõsulti: scola eruditorum. Mũicipes usurpãt ĩ hoc significatu. libet iterdũ ĩ hæc ẽt minuta diuertere:ad uitiligines linguax̃ repurgandas. Carneadis:magistri doctorisq; clitomachi:de cuius acumine doctrina memoria dictũ ẽ in.i.cõmentario. Cũ ita positũ eẽt:hæc erat p̃posito ac ueluti argumẽtũ libri:mihi ur̃ sapientẽ futux̃ i egritudĩe p̃ria capta:tãq̃ patriæ amissio sit oĩum iacturax̃ maxĩa p̃ qua sapiẽs mori nõ recusabit:q̃ oẽs oĩum caritates complexa est carneades aũt cõtra differebat ostẽdens sapientẽ nõ fore in egritudĩe ex p̃riæ captiuitate : & euersione tãq̃ sapiens sit totius mũdi ciuis:& oẽ hoĩ natale solũ tãq̃ sapientis aĩus instar summi cœli liq̃dus defecatus imperturbatus sit:qui nullo nubillo obducatur cui sniæ subscribit philosophi stilbõis exemplum qui capta patria amissis liberis amissa uxore:cum ex incẽdio.solus & tamen beatus exiret interroganti de/

acriorem facit. Q̃ d̃ ita eẽ dies declarat. q̃ p̃cedens: ita mitigat:ut iisdem malis manentibus nõ mõ lẽiatur ægritudo:sed in plerisq; tollat̃. Carthaginenses multi Romæ seruierũt. Macedones rege capto per se. Vidi ẽt in peloponeso cũ essem adolescens quosdam corinthios. Hi poterant oẽs eadẽ illa de andromacha deplorare. Hec oĩa uidi. sed ẽt decantauerãt fortasse:eo.n.erant uultu oratione oĩ:reliquo motu & statu:ut eos argiuos aut sycionios diceres magisq; me mouerant corinthi subito ap̃sectu parietũ ruinæ:quam ipsos corinthios:quox̃ aĩs diuturna: cogitatio callum uetustatis obduxerat. Legimus librũ Clytomachi:quẽ ille euersa Carthagine misit: cõsolãdi cã ad captiuos ciues suos. In eo ẽ disputatõ scripta Carneadis:q̃ se ait ĩ cõmẽtariũ retulisse. Cũ positũ eẽt uideri fore ĩ ægritudĩe sapiẽtẽ p̃ria capta q̃ carneades ꝯtradixerit scripta sũt. Tãta igr̃ calamitatis p̃sentis adhibet̃ a philosopho medicia quanta ĩueterata ne desiderat̃ q̃dẽ. Nec si aliquot ãnis post idẽ ille liber captiuis missus eẽt:uulnerib⁹ solũ mederet̃ sed cicatricib⁹. sensim.n.& pedetẽti p̃grediẽs extenuat̃ dolor. nõ quo ipsa res ĩmutari soleat : aut possit sed id q̃d rõ d̃buerat usus docet mĩora eẽ ea q̃

Dolorem dies cõsumit

Ex regno in seruitutẽ cadere

Darei mr̃ Perses in triũpho

Filius persei faber

Ludibria rãnusiæ

Sicyõe patria metallorum

Clitomachus

Cõciues non dicĩ elegãter

Ciuis meus

Mũiceps meus

Vitiligines linguarum

Sapiens mũdi ciuis

Exẽplũ stilbonis

sint uisa maiora.qd ergo opus ē dicet aliqs ratione
aut omnino consolatione ulla:qua solemus uti cū
leuare dolorē mœrentiū uolumus hæc.n.ferre tum
habemus in promptu.nihil oportere īopinatū ui-
deri. Aut q tolerabilius feret icōmodū q̄ cognoue-
rit.necesse est hoī tale aliquid accidere. Hæc.n.ora
tio de ipsa summa mali nihil detrahit. tm̄modo af-
fert nihil euenisse:qd' nō opinandum fuisset. neq;
tamen genus id orationis ī consolādo nō ualet sed
id haud sciā an plurimum ualeat. Ergo ista nec opi-
nata non habent tantā uim:ut egritudo ex his om-
nis oriat'. Feriunt enim fortasse grauius.non id ef-
ficiunt ut ea quæ accidant maiora uideantur:quia
recentia sūt maiora uidentur non:quia repentina:
Duplex est igit' ratio ueri reperiendi: non in his so
lum quæ mala:sed in his etiam quæ bona uident':
nam aut de ipsius rei natura qualis & quanta sit q̄-
rimus:ut de paupertate nonnūquam: cuius onus
disputando leuam⁹ docentes q̄ parua:& quam pau
ca sint.q̄ natura desideret:aut a disputandi subtili-
tate orōnē ad exēpla traducimus. Hic Socrates cō-
memorat'.hic diogenes:hic cecilianū illd sæpe ē ēt

Poliorcetes
Oīa mea mecū sūt
Nō putaram
Simus simile athletis
Natura minimū desiderat
Parabile
Ad manū ē qd' sat ē
Exēpla salutaria
paupertas in socrate sapiens
Bracteata fœlicitas
De diogene
Cotyla
In dolio degens
Hemerobios
baculus & pera
Cecilius comicus
Homo hoi deus

metrio:cui cognomen ab exitio urbium poliorcetes fuit:nunquid perdidisset:omnia inquit bona mea me
cū sunt:quo dictio dubitare demetrium coegit an uicisset:nihil inqt perditi:oīa mea mecū sunt: uidelicet
uirtutes:quas nulla uis hostilis eripere q t. qbus sapiēs septus:nullū potest subire dispēdium:bientem præ
tereo:cuius exemplum uulgatum est nimis. Sed cicatricibus:quæ obductæ:& uetustate callosæ uix tolli
sanariq; possunt. Nihil oportere:hæc est illa consolatio:quæ nobis in promptu esse solet uolentibus rele
uare dolorem lugentium:dicimus:enim consolandi causa:nihil uideri debere inopinatum:& quod neces
se est talia accidere mortalibus: aduersus q̄
muniti præparatiq; esse debemus turpe ē.n.
quod & egritudinem auget: dicere:nō puta
ram:omnia putanda sunt:nihil nō opinan-
dum euenire posse:habendus ē in ore: & in
memoria uersiculus ille.cui uis potest acci-
der:quod cuiq̄ potest. Pāetius philosophus
conducenter scripsit quod uita hoīum picu
la ex improuiso assidua & ꝓpe quotidiana
fert ad q̄ cauēda oportet eē aīo semp inten-
to:ut sunt athlete.sicut.n.ī certamine athle-
tico caput manibus oppositis quasi uallo ꝑ-
muniūt ita aīus sapiētis aduersus petulātias
iniuriaꝶ ictusq; fortunæ dēt esse erectus:ar-
duus septus ne q̄ in re repētina īcursio īpera
tis īprotectisq; nobis oboriat'. Neq; nō ua-
let aliqd ualet. Quia recentia sunt tāq̄ ma-
lū uideat' maius.qa recens ē & recēter īgruit
q̄ quia sit repentinū & inopinatū. Quam
pauca natura desideret:si ad opinionem ui-
ues:nūq̄ eris diues:si ad naturā nūq̄ eris pau
per opinio īmēsum:natura minimū deside
rat si uis uacare aīo aut paup sis oportet:
aut paupi similis nō pōt studiū salutare fieri
ut īqt Sene.sine frugalitatis cura. Epicurus:
ait hōesta res ē leta pauptas:nō q paꝝ habet
sed q plus cupit paup est:parabile ē qd' natu
ra desiderat:& appositū paruo cōstat ad ma
nū ē qd' sat ē. Ad exēpla traducimus. Du-
plex rō disputādi ē:aut ꝓceptis aut exemplis
quantum græci pollent præceptis:tātum ro
mani q d' ē maius:exemplis orator ut docet Quin.in.xii.in primis abundare debet copia exemplorum: q̄
testimoniorum obtinent locum unde etiam senibus auctoritas maior est:quod plura nosce & uidisse cre-
duntur:plato in lib.de regno arduum esse ait sine exemplis magna sufficienter ostendere. Hic:in disputa-
tione de paupertate. Socrates commemoratur:paupertas:ut apuleii uerbis:utar fuit in Aristide iusta in
phrocione benigna:in epaminūda strenua in Socrate sapiēs:ī homero diserta:eadem pauptas ēt. P.R. īpe-
riū a primordio fundauit. Nō dēt igit' paupertas uideri res onerosa.imo potius appetenda:cum uideamus
tot uiros præclaros in paupertate uixisse:beatiores letioresq;:q̄ qbus domi cōgestæ sunt opes regiæ; quorū
bracteata & personata fœlicitas est:& profecto paupertati taliū uirorum nullas credo diuitias posse præfer
ri:quæ solidis & ueris bonis exuberat:cum diuitiarum frons hilaris multis intus amaratudinibus referta
sit. Socratis pater fuit sophroniscus lapidarius:mater phenareta obstetrix:q in paupertate beatissimus ami
cis olim audientibus emissem inquit pallium si num mos haberem neminem poposcit omnes admonuit:a
quo acciperet ambiguus fuit. Hic diogenes:notissimus est cynicus diogenes cui nihil habēti nihil defuit
qui potentior Alexandro naturæ uictor humanæ cum haberet cotylam ad potandum hoc est poculum li-
gneum uidit puerum manu concaua bibentem:statimq; id elisit ad terram:dicens nesciebam:quod natura
haberet poculum:puer me uilitare superauit prætorium diogenis fuit doliū:in quo degebat:quod ut cū-
q; sol se inclinauerat simul uertebatur. Vnde iocabatur domum se habere uolubilē:de quo satirographus:
sed dolia nudi nō ardent cynici:si fregeris altera fiet cras domus:hemerobios.i.diarii uictus uulgo appella
tus est. Duplici palliolo usus:peram habuit pro cellario:baculum pro adminiculo:quo se iam senex & in
firmus sustentabat:præter hanc suppellectilem nihil quicquā requirens:hæc sunt cynicæ insignia familiæ.
Diogeni:hoc erat pera & baculus:quod regibus diadema:qd' pontificibus galerum:qui cū Alexandro ma
gno de uarietate regni certabundus baculo uice sceptri gloriabatur. De diogene Hierony.laertius:apuleius
dion.cæteri.extant epistolæ ipsius Diogenis:quibus. Regulas suas restatur:qui præ una pera & baculo spre-
uit opes opulentas:& prorsus ad uiuendum uelut ad natandum iis melior:qui onere liberior. Cecilianū
a cecilio conditore comediarum:de quo sedigitus poeta. Cecilio palmam statuo de comico:& Oratius Vi
cere cecilius grauitate: Terentius arte. Cecilianum & illud est:homo homini deus est si suum officiū sciat.

Sub paliolo sapientia: uirtus ut inquit Sene. nulli ꝓclusa ē oībus patet: oēs admittit: libertinos seruos exu/les nō eligit domū nec cēsū. nudo hoīe cōtēta ē: nō ē igit̃ a pānis & sordibus uirtus estimāda ī q̃ sn̄iam ē illd' Apuleianū: ne me putetis egenū uel abiectū ne ue dē pānulis istis uirtutes meas estimetis. Pli. in epistolis tra dit quosdā interdū se ductos cultuq; pagano quasi rusticos nō minus eē eruditos: q̃ eos: q̃ studia ꝓferūt: & ostentant. Caio fabritio: norma paupertatis & exēplū apd' romāos Caius fabritius ē q patellā & salinū ex argē to tm̃ deoꝝ colendoꝝ cā domi h͂uit: Ita tn̄ ut patella corneo pediculo sustineret̃: cuius filiæ ob paupertatē

Virtus de pānis estimāda non est

Norma paupertatis fabricius

sub paliolo sordido sapiētia. cū. n. pauptatis una ea demq; sit uis: quidnā dici potest: quāobrem. C. Fabritio tolerabilis ea fuerit: alii negent se ferre posse. Huic igitur alteri generi similis est ea ratio consolādi: quæ docet humana esse: q̃ acciderit. nō enim solum id continet illa disputatio: ut cognitionē afferat generis hūani: sed significat tolerabilia esse q̃ & tulerint: & ferant cæteri. De paupertate agit̃ multi patientes pauperes cōmemorant̃. De cōtēnēdo honore. multi inhonorati proferūt̃: & quidem ꝓpter id ipsum beatiores: eorūq; q priuatum ocium negociis publicis ante tulerūt: nominatim laudatur uita. nec silet̃ illud potentissimi regis. Anapestū qui laudat senē & fortunatum esse dicit ꝙ inglorius sit atq; ignobilis ad supremū diem peruenturus similiter cōmemorandis exēplis orbitates quoq; liberoꝝ predicant̃: eorumq; q̃ grauius ferunt luctus alioꝝ exemplis leniunt̃. sic perpessio cæteroꝝ facit: ut ea q̃ acciderint multo minora quā quanta sint existiata uideant̃. Ita fit sensim cogitantibus: ut quātum sit ementita opinio appareat. Atq; hoc idem & Telamō ille declarat: ego cum genui moriturum sciui & cætera. & Theseus. futures mecū cōmentabar miserias & Anaxagoras. sciebam me genuisse mortalē hi. n. omnes diu cogitantes de rebus humanis itelligebāt eas nequaquā pro opinione uulgi ēt extimescendas. Et mihi q̄dē uidetur idē ferre accidere iis

de publico dotibus dōatæ ad maritos ierūt portātes gloriā domesticā pecuniā publicā hunc pyrrhus epirēsis: nullo auro nullis pollicitationibus expugnare potuit: ut secū esse uellet ac ꝓximū a rege principatum obtineret: qui dixit pyrrho: non hoc ille conducibile esse. Nam si epirotæ iqt ambos nos norint a me regi q̃ abs te malint: hinc ait poeta: paruoq; potentem fabricium. Et claudiāus: pauper fabricius pyrrhi cum sperneret auꝝ. Iulius higinus in li. de uiris illustribus: scripsit legatos sannitium obtulisse dono Caio fabricio grandem pecuniam: tum: fabritiū planas manus per omnia fere coporis membra deduxisse: & legatis ita respōdisse dum illis omnibus membris quæ attigisset imperare posset nunquam quicquā futurum: & ita pecuniam repudiauit. Generis humani: humanum genus flexum esse caducum: imbecillum: quassum: sexcentis malorum: milibus obnoxium: ad omnem fortunæ cōtumeliam proiectum: præcarii spiritus autumnat scriptores idonei. Apu. in demonio Socratis definit homines esse terræ incolas moribundis membris: leuibus: & anxis mentibus brutis obnoxiis corporibus: dissimilibus moribus: similibus erroribus. peruicati audacia: pertinaci spe: casso labore: fortuna caduca: tarda sapientia: cita morte: quærela uita. Multi inhonorati: cato quo die repulsā passus est: pila lusit quem ait Pli. repulsis tanq̃ honoribus ineptis gaudere solinū: apđ Valerium caput est de repulsis: quo enumerat exempla clarorum uirorum: qui repulsis sugillati fuerunt: inhonoratiq; discederunt. M. T. in orone pro plātio aliquot commemorat repulsa notatos: & a populo præteritos in petitione magistratus. Priuatim

Claudianus

Scitum fabricii

Hō res fluxa quassa

Difinitio hoīum a puleiana

Repulsa

Vita ociosa plata honoribus

otium ante tulerunt. M. T. in orone pro cluentio: uiros clarissimos percenset qui petitionem honoꝝ relinquentes uitam tranquillam & quietam remotā a ꝓcellis inuidiarum sequi maluerunt. Epicurus ait sapientem non accessurum ad rempublicam: cleantes: chrysippus: Zeno: nemo illoꝝ rem publicā administrauit ph̄i pene oēs: in ocio lr̄ario uixerunt. multi ut uerbis. M. Tulli utar: & sunt & fuerunt q tranquillitatē expetētes a negociis publicis se remouerūt: ad otiūq; ꝓfugerūt fuit tpibus tyberii principis q̄dā noīe uacia nulla alia re quā ocio notus: & ob hoc unum q̄d in ocio consenuerat fœlix habebat̃: de quo exclamabant oēs: o uacia solus sis uiuere. Cauēdū tn̄ ē ne dū solitatē eligimus & uitā ociosam cōcupiscimus: nec nobis nec aliis uiuamus: sicuti: q̄dā q se inertiæ: & uentri: somno: & libidini dediderūt: tq lucifugi: nec orientē uiderūt solē: nec occidētē: q dū nemini uiuūt: nec sibi ipsis uixerūt. Anapestū: carmē ueteris poetæ. Anapesticū significat cōstās anapesti pedibus: fit āt anapestus pes: ex duabus breuibus & longa. Potētissimi regis forsān agamenō signat̃: siue priamus inductus in tragedia: sic apud senecā ī tragedia oedipus: dānat uitā regiā. eiq; qetam anteponit: cū ait: qui sq̃ ne regno gaudet o fallax bonū: quantum maloꝝ: quā frōte blanda tegis. Ignobilis: ignotus nō cognobilis. Democritus ueni inquit athenas & nemo me nouit. ut inquit. Sene. qui uixit notus oībus ignotus moritur. sibi. Orbitates liberoꝝ sicut pauli emylii. Xenophontis: anaxagoræ: & alioꝝ: q filiorum obitum forti subnixoq; aīo tulerunt. Ego cum genui: supra dictū est: telamonē. audito filioꝝ interitu dixisse laudabiliter. Ego cum genui: cū morituros sciuit. Futuras cōmentabar: apđ euripidē ut an dictū est sic loquit̃ theseus futuras mecū commentabar miserias aut mortē acerbā aut exilii mestā fugam.

Exēplum uaciæ

O uatia solus sis uiuere

Luci fugi

Anapestus

Ignobilis

Qui ante meditantur:ut iam ſepius dictum eſt:quicquid expectandum eſt:diu:leuius accedit:& ꝓuiſa
oĩa leuiora fiunt Dies:tpis longinquitas. Illos:qui ante meditantur. Hos:quibus medetur dies. Pa
res caſus exempli cã:orbitas filiorum:exilium amiſſo patriæ:& alia hoc genus. Grauius etiam tuliſſe nõ
abſimile eſt ſcitum illud ſolonis:qui cum lachrymabundus lugeret defunctũ filium diceretur q; ſibi a quo
dam:at nihil proficis:reſpondiſſe fertur at propter hoc ipſum illachrymo:quia nihil proficio. Nemo ex
pers mali cum natura magis nouerca ſit mortalibus:q̃ mater:fit ut nullus ex omni parte beatus exiſtat itaq;
cum mortalium néo fœlix merito dici poſ
ſit indulgẽter fortuna decidit cũ illo q iuꝛ
dici nõ infœlix poteſt. Nemo mortalis ẽ:
carmen ẽ euripidis:ueriſſime ſanctiſſimeq;
cõſcriptum:quo nihil uerius eẽ poteſt cum
nullus mortalium ullo unq̃ tempore fuerit
nec futurus ſit ſine morſu doloris & morbi
cruciatu:Ergo ꝓ miraculo & id ſolitarium
reperitur exemplum uidelicet. Xenophilũ
muſicũ cẽtũ & quiq; annis uixiſſe ſine ullo
corporis incõmodo potuit id quidẽ fieri ut
corpore nõ egrotaret:ſed ut omni pẽitus aĩ
egritudine: imperpetuũ careret:ĩpoſſibile
eſt nec fieri potuiſſe indubitãter affirmo ut
.n.inquit ſcite uereq; neuius poeta:pati neceſ
ſe eſt mortalẽ multa mala. Neqcq̃:fruſtra
cũ nulla ſit medela:cum nullis plantibus de
functa reuocentur:Ci.quadã epiſtola:quid
angã:cruciẽ ne me:qd deĩde aſſequar: Vi
ta meteda:trãſlatio a frugibus q̃ maturæ me
tunꝛ.Ora.in epiſtol.Emetit orcus grãdia cũ
paruis nõ exorabilis auro fruges autem me
tunꝛ:triplici genere meſſiõis unũ ubi falce
ſecundũ terrã ſubſecãt frumẽtũ:altero ubi
lignũ hñt bacillũ in curuũ.In quo ſit extre/
mo ferrula ferrea:hac ſpicas deſecãt:& ſtra/
menta ſtancia in ſegete relinquũt: ut poſtea
ſubſecẽꝛ:tertio mõ metiꝛ:ut ſtramentũ me
dium ſubſecent:a quo medio meſſem dictã
putat.M.Var.in primo de re ruſtica. Iubet
neceſſitas:neceſſitatis:q̃ græci ανααλκηνuo/
cant amariſſime ſunt leges truculentiſſima
impia inſupabilis uis:meritoq; ait plato ĩ ꝓ
tagora:neceſſitati nec deos q dẽ repugnare.
Liui.cõſimiliter pareat ĩ q t neceſſitati:q̃ nec
dii quidem ſuperãt.Neceſſitas ut ſcite dixit
cato:feriis caret.plato plotinuſq; platonicus
parcas aiunt filias eẽ neceſſitatis:quæ ineffu/
gibilis eſt ut inquit Apu.Deumq; ſemper &
ubiq; ultrix comitatur:eadem neceſſitudo
dicitur quam Marcus Tullius.ſic ſcribit in
ſecundo rhetoricorum:puto eſſe.hanc ne/
ceſſitudiem.Cui nulla ui reſiſti poteſt quæ
neq; mutari neq; leniri poteſt:ut corpus mortale aliquo tpe interire neceſſe eſt atq; ita neceſſe:ut uis poſtu/
lat neceſſitudinis cui nulla ui reſiſti põt. Negabat.ſ.carneades reprẽdẽs chryſippũ fulciẽtẽ porticũ ſtoicoꝝ.
Ad maleuolos cõſolandos:maleuoli ſolatii ut inqt Sene.genus ẽ turba miſeroꝝ. Longe ſecus:longe aliter
quã carneadi. Admonet eẽ hoĩem.qd eſt hõ:inquit Sene.quodlibet paſſum uas & fragile iactu.Quid ẽ
hõ:imbecilliſſimũ corpus & fragile.Pli.in.ii.nihil hoĩe miſerius eſſe ait. Nihil ſuperbius:ab eodem mor
talitas fragilis & laborioſa nomiaꝛ:idem aliubi dixit:is d omum profecto uitam æqua lance penſitabit q
ſemper fragilitatis humanæ memor fuerit:miſerrima eſt profecto hominis conditio:cum tantalo ſerpen/
tis dente ictus intereat:cum anacreon acino uuæ paſſæ: cum fabius ſenator in lectis auſtu:uno pilo ſtrangu/
latus ſit dixit olim legatus ſcytharum Alexandro magno: ex indulgentia fortunæ conditionem humanã:
obliuiſcenti:ſi deus extribuere mortalibus beneficia debes:ſin autem homo es:id quod es ſemper eẽ te co
gita. Qui mœret:in luctu & mœrore eſt. Enumeratio exemploꝝ potentiora ſunt ſepiſſime exẽpla q̃
rationes philoſophorum & magis mouent:Ideoq;.M.Ci.in oratione de prouintiis conſularibus: ſibi om/

qui ante meditanꝛ qd iis:qbus medeꝛ dies niſi qd
ratio quædam ſanat illos:hos ipſa natura:ĩtellecto
eo qd remediũ illud continet:malũ quod opinatũ
ſit eſſe maximũ: nequaq̃ eſſe tantum ſui natura : ut
uitam beatã poſſit euertere: hoc igitur efficitur: ut
ex illo nec opinato plaga maior ſit: nõ ut illi putant
ut cũ duobus pares caſus euenerit: is mõ ægritudĩe
afficiatur: cui ille nec opĩatus caſus euenerit . Itaq;
ducũtur nõnulli ĩ mœrore: cum de hac cõi omniũ:
cõditionẽ audiuiſſent: ea lege nos eſſe natos: ut ne
mo imperpetuum eſſe poſſet expers mali grauius ẽt
tuliſſe. Quocirca Carneades: ut uideo noſtrũ ſcri/
bere Antiochum: reprehendere Chryſippum ſole
bat laudãtem euripideum carmẽ illud. Nemo mor/
talis eſt quem non attingat dolor: morbuſq; Multi
ſunt humandi liberi: rurſum creandi. Morſq; eſt fi/
nita omnibus: quæ generi humano angorem ne qc
quam afferunt reddenda eſt terræ terra. Tum uita
omnibus metenda: ut fruges ſic iubet neceſſitas ne
gabat genus hoc orationis quicquã omnino ad le/
uandam ægritudinem pertinere. Id enim ipſum do
lendum eſſe dicebat: quod in tam crudelem neceſſi
tatẽ incidiſſemus. nam illam quidem orationem ex
commemoratione alienorum malorum ad maliuo/
los conſolandos eſſe accõmodatam. Mihi uero lon
ge uidetur ſecus nam & neceſſitas ferendæ cõditio
nis humanæ quaſi cum deo pugnare cohibet admo
netq; eſſe hominẽ. quæ cogitatio magnopere luctũ
leuat: & enumeratio exemplorum: non ut animum
mali uorum oblectet. affertur. ſed ut ille qui mœret

Ideo la thrimo qa nil ꝓfi cio

Xenophi/ lũ exps morboꝝ

Pati ne ceſſe eſt multa ma la

Triplex meſſio

Meſſis a medio

Anace neceſſitas

Neceſſi tas feriis caret

Parcæ ne/ ceſſitatis filiæ

Neceſſitu do

Hõ quid

Anacreon acino uuæ ſtrangula tus

Dictum ſcythæ

Exẽploꝝ uis

